

π α  
634



Q. M.

F

D  
S.



Q. 520, 31

B. M. J.

IIa  
634

I. N. J. N. C. A.  
DISPUTATIO HISTORICO-  
PHILOLOGICA  
DE

# POETARUM CORONA,

QUAM  
Superiorum indultu  
IN ACADEMIA LIPSIENSI  
SUB PRÆSIDIO  
RECTORIS MAGNIFICI  
VIRI

PL. REV. EXCELLENTISS. CLARISSIMOQUE

**DN. FRIDERICI RAPPOLTI,**

S. S. Theol. Licent. dignissimi, ejusdemque P. P. Ex-  
traordinarii & Poëseos Ordinarii longè celeberrimi, Fa-  
cultatis Philosophicæ Subsenioris gravissimi &  
Collegii Maj. Principp. Collegiati splendi-  
disimi, &c.

*Dn. Patroni, Promotoris ac Præceptoris sui  
Opt. Maximi,*

Ad diem XIV. Martii An. M. DC. LXXIX.  
H. L. Q. C.

*Publico Eruditorum Examinis sistit*

AUTOR

JOH. FRIED. HEKELIUS, GERANUS,  
P. L. Cæs. S. S. Theol. & Philolog. Stud.

LITTERIS COLERIANIS,

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK  
HALLE  
(SAALE)

BIBLIOTHECA  
PONICKAVIANA

700. 20



2. 11. 1791

DISPUTATIO HISTORICO-  
PHILOGICA

DE  
POTETARUM  
CORONA

SUCCESSIONE IN  
ACADEMIA LITTE-  
RARIUM  
RECTORIS MAGISTRICI

DR. FRIDERICI RAPPOLTI

S. S. Theol. et Histor. Mag. P. P. Ex-  
ordinarius & Professor Ordinarius longae celebrissimi Pa-  
risiensis Philosophiae Substantiae generalium &  
Collegii Mag. Princip. Collegii splendi-  
dissimi &c.

DR. PATRIS, Promotoris ac Receptoris

Ad diem XIV. Martii A. M. D. C. L. XIX.



JOH. FRIED. HEKELIUS, GERANUS  
P. A. G. S. S. Theol. & Philolog. Stud.

ALTERNIS COLLATIONIBUS

100 50





J E S U S !

PROOEMIUM.



Eruiſſet quidem *Jefulus* noſter dulciſſi-  
 mus, ut hócce tempore, quó ante aliquot ſecula ſe  
 acerbiffimæ paſſioni & morti lubens libensque ob-  
 jecerat, *Spineam* ejus *coronam*, quam non ex juncó  
 Marinó, (a) ſed ex Rhamno crudeliſſimo (B) ple-  
 xam fuiſſe novimus, pauló accuratiús conſiderare-  
 mus, ejusdemque finem atque effectum exquireremus. Aſt quia an-  
 te annos non ita multos diſquiſitio quædam de eá non inconcinne  
 elaborata hóc in eódem locó publicè ventilata eſt, τὴν κράμβην δι-  
 εφθον nolui repetere, (γ) haut ignorans, quód etiam *δὲς καὶ τρίς*  
*τὸ καλόν* (d) dicere nobis liceat; ſed potiús volui (modò ut inſtituto  
 meo mihi jam dudum propoſito ſatiſfacerem) ſevicula quædam de  
 POETARUM CORONA in medium producere; ita tamen, ne co-  
 ronatum JESULUM meum prorsùs excludam, ſed ut potiús eum  
 humillimá mente implorem, quò conatùs meos felices fauſtosque  
 eſſe jubeat, meque & noſmet omnes jam gratiá ſuá coronet. (e) Ut  
 verò ab ovo uſque ad mala, (z) quod dicitur, procedere videar, in  
 thematis mei *ὀνοματολογία* priùs inquiram, quò *περαματολογία*  
 deinde præclarior pateſcat.

Sit itaque

**BONO cum DEO.**

CAPITULUM I.

**DE NOMINE.**

A 2

g. 1.

a) juxta Ambroſ. in Dial. de Paſſione & Bonaventuram in Joh. β) ut vult Jeſu-  
 ta Gretſerus lib. I. de S. Cruce cap. XII. p. 51. γ) Eraſm. Chil. I. Cent. V. Adag.  
 38. d) id, ibid. Cent. II. Adag. 49. e) Pl. V. v. 13. z) Chil. II. Cent. IV. Adag. 86.

## §. 1.

**N**on opus esse video, ut Etymon POETÆ tam accuratè perlustrem, siquidem notissimum, quòd POETA Eustathio (η) à ποιῆν, h. e. à faciendò versu, & non fingendò, dicatur. Ideoque vi vocis originariæ idem est ac *factor*, sive, ut Micrælius (θ) eum describit, qui arte aliquid efficit non attentà elaborationis materiâ.

§. 2. Hujus nominis autem tam lata est atque ampla significatio, ita ut non solùm unicuique effectori, quem pictura forsitan, sive ars quædam mechanica insigniter exornat, sed etiam ipsi Deo, (ι) ceu creatori omnium, tribuatur.

§. 3. Latini Poëtas à vi mentis & furore *Vates*, & quod iis scribere liceret, *Scribas* etiam interdum dicunt. A pangendis autem carminibus quidam *Epopæi*, h. e. versificatores; quidam v. *Epici*, hoc est, Heroici carminis conditores appositè vocantur. κ) Nec Franci heic culpandi sunt, utpote Poëtam etiam nunc patriâ Lingvâ *Factistam* nancupantes. Nam nulla vox, Becmanno λ) teste, melior Analogiam hæcce exprimere videtur.

§. 4. Vocem CORONÆ quod attinet, derivatur illa non à cornu, uti nonnulli doctissimorum, (μ) volunt, quippe qui etiam *cornu*, quamvis nullâ probabili causâ, à *coronâ* dictum esse putant, propterea quòd in Sacris libris cornu pro rege positum sit, ita ut similitudine quædam *cornu*, *radium* & *corona* inter se conveniant.

§. 5. Neque dicitur ἀπὸ τῆς χαρᾶς, quod ἀπὸ τῆς χαρᾶς, à gaudiò, descendat, etiam si Festo (ν) (Scaligerum etiam excipias) atq; Fungero (ξ) hoc Etymon arridet. Sic enim Fungerus: In Ety-mo hujus nominis enucleando laudem omnem tribuo, contra Quintiliani risum, Josepho Scaligero, qui in commentariis suis ad Virgillii appendicem sic docet: *Choronam* etiam Veteres scribebant aspiratè, consciis scilicet sibi benè hujus Etymi. Nam primùm veteribus φανὸς χαρωνὸς vocabatur ἀπὸ τῆς χαρᾶς.

§. 6. Neque vocatur *corona*, quòd *coronare* eam, cui imposta, ut iterum iterumque Festus nugis addit, etiam si & Appion ille

η) apud Becmannum in Orig. L. L. p. m. 860. θ) in Lex. Philosophicò p. m. 857.  
ι) Gyrardus Dial. 1. de Poet. Hist. p. m. 59. κ) id. ibid. λ) in Origin. L. L. p. m. 860. μ) vid. Paschal. lib. I. de Cor. cap. 1, p. m. 1, 2. ν) apud eund. ibid. ξ) in Florileg. Origin. p. m. 219. col. 2.

ille apud Athenæum (o) illud affirmandum esse contendit: corona, inqviens, olim Chorona dicta, eò quòd  $\chi\omicron\rho\epsilon\nu\tau\alpha\iota$  in theatris eà capiti imposita uterentur. Quò erroris laqueò etiam implicatur Isidorus (w) cum ait: eam sic dici, quòd initio circum aras curreret, atque ad imaginem circuitus seu chori formata esset. (p)

§. 7. Sed deducitur à Græcis dictionibus  $\kappa\omicron\rho\omega\nu\iota\varsigma$  &  $\kappa\omicron\rho\omega\nu\eta$ , (σ) præprimis quòd capitis ornamentum sit, sive, quòd sit figuræ rotundæ aut curvæ, uti Becmannus (τ) tradit. Et hoc docet similitudo nominum, hoc concursus significatum. Nam juxta Grammaticorum sententiam summitatem illam arcus, hoc est, sphericum illud & rotundum in eò, sive sit semicirculus, sive curvamen notat. (υ) Ideoque etiam pro Halone *Physicè* usurpatur.

§. 8. Latinis vocatur *Sertum*, quòd, Becmanno (Φ) teste, à  $\Sigma$  ejusdem significatus descendit. Græcis v.  $\sigma\acute{\epsilon}\mu\mu\alpha$ , it.  $\sigma\acute{\epsilon}\phi\alpha\nu\textcircled{\sigma}$ ,  $\sigma\epsilon\phi\acute{\alpha}\nu\eta$  &  $\sigma\acute{\epsilon}\phi\textcircled{\sigma}$ ;  $\lambda\omicron\gamma\omicron\ \tau\omicron\ \sigma\epsilon\phi\acute{\alpha}\nu$ , à coronare, quæ etiam æquivocè dicuntur. Aliquando enim notant orbiculum illum, quem mulieres onera gestantes capiti imponere solent. Aliquandò circulum illum inter album oculi & pupillam medium, uti Galenus docet; aliquandò etiam ambitum illum mœnium, (χ) eumque in orbem ductum, (ψ) designant.

## CAP. II.

### DE

# CAUSA EFFICIENTE.

### §. I.

**H**æc primâ fronte statim non paucos, (ω) Ethnicorum præprimis, adducere possem, qui jus coronandi Poëtas *Apollini* potius, quam

A 3

Im.

\*) lib. V. π) lib. XIX. c. 30. ρ) Quæ notatio etiam Delr. in Comm. novò ad L. Ann. Sen. Agamemn. v. 369. p. m. 442. ut & Ludovico de La Cerd. Tom. II. Comm. ad Virg. lib. IV. Æn. v. 62. p. m. 383. col. 1. num. B. omninò dubia videtur. σ) quod Vossius etiam in Etymol. L. L. p. m. 160. col. 2. atque Alstedius lib. XXI. Encycl. p. 155. probârunt. τ) in Orig. L. L. p. m. 372. υ) Paschal. l. c. p. m. 3. φ) in Orig. L. L. p. m. 966. χ) apud Orph. ψ) Conf. Lexic. Græc. Lat. Scapulæ p. m. 1529. ω) In quorum censum etiam doctissimum Lipsium referas, quippe qui in Satyrâ Menipp. ridet, quòd non Phœbus hodie, sed Imperator Poëtas faciat, eosq; coronis exornet, vid. Henel. ab Henef. Ot. VVratisl. c. XIII. p. m. 96.

Imperatoribus tribuunt; forsitan quod Phœbus ipse *μαέντις* (α) *ἡγή*  
*πρωιτης* ab Aristide (β) vocatur.

§. 2. Verum enim verò illorum sententiam adeò infirmam  
esse novimus, ut vel puer etiam parùm emunctæ naris (γ) prorsus  
eam facillimè possit destruere.

§. 3. Potius itaque illorum mentem sequar, qui causam hujus  
coronæ efficientem esse Imperatores statuunt. Nam ex Josepho  
Scaligero (δ) ita Salmuthius (ε) scribit: Poëtæ antiquitus ab ipsis  
Cæsaribus Germanis (ζ) coronabantur, magnòque in pretiò habitì  
semper apud Italos & Germanos, qui id honoris virtute ingenii con-  
secuti essent.

§. 4. Hodie non ab ipsò Imperatore, sed per Vicários ejus,  
quos *Comites Palatinos* vocare consuevimus, coronæ Poëtis plectun-  
tur. Ecquid dicam? Etiam Universitates nonnullæ η) jus Coro-  
nandi Poëtæ illud solenniter exercent, præprimis quòd sub initium  
repurgatæ à situ tot seculorum Laureæ Poëticæ nihil aliud erat Poëtam  
facere, quàm quintæ cujusdam Facultatis Magistrum pronunciare,  
uti Politicorum Princeps, *CONRINGIVS*, θ) testatur.

§. 5. Ideoque, quod etiam Germaniæ nostræ VOSSIUS,  
THOMASIUS, ι) non improbat, Poëtica quondam Facultas, quæ non  
modò pangendi carminis, sed & historiæ scribendæ peritiam & sum-  
matim ut dicam, omnem eloquentiæ faciem ambitu suo complecte-  
batur, etiam pro quintâ quâdam à cæteris quatuor separatâ facultate  
erat habita. CAP.

α) ita vocatur etiam ab Oppiano Ludov. de La Cerd. Tom. I. *Comœ*, ad  
Virg. Ecl. X. v. 13. p. m. 174. col. 2. testante.  
β) quem Paschal. lib. VIII. Cor. c. 13. p. m. 96. allegat. γ) Erasmi. *Chiliad. I.*  
cent. VI. Adig 81. δ) lib. I. Auson. Lect. c. X. p. 42. / ε) in *Comment. ad Panc.*  
tit. XLII. Deperd. p. m. 147. *Ουσιψηφους* etiam habet non solum Rosinum lib. V.  
*Antiqv. Rom. c. XLX.* p. m. 751. Sed etiam Funger. in *Floril. Origin.* p. m. 416.  
col. 2. ut & Paschal. lib. V. cor. c. XIV. p. m. 329. ζ) Virgilius Ecl. VII. v. 25. Pa-  
stores etiam Poëtæ coronantes introducit; quæ coronatio verò non magni pon-  
deris, quòd non solemnis erat. η) Quæ sunt Viennensis, Argentoratensis, Alt-  
dorfina pluresque aliæ. Reliquæ v. jus renunciandi Poëtæ illud prorsus recusa-  
runt, præprimis quòd ita Poëtæ quondam quòd prosequerentur, ut à non paucis  
pro hæreticis haberentur. De iis enim documentum nobis suppeditat Squarza  
Ficus in vitâ Petrarchæ, quando dicit: Fuit illâ tempestate Poëticum nomen ita  
in vitum, ut qui illa studia sequeretur, Magum, Sortilegum & Hæreticum esse di-  
cebant. θ) *Dissert. IV. de Antiq. Academ. p. 135.* ι) in *Promiscuo Historico-Phi-*  
*los. MSC.* cap. CV. §. 19.



CAP. III.  
DE  
SUBJECTO.

§. I.

**H**Æc ante omnia κ) notandum esse censeo, quòd hujus Coronæ SUBJECTUM, neque *duces insigniores Romani* sint, λ) quos inter primas Romulus tenuisse dicitur μ); neque *præstantiores Græcia duces*, quibus Græcia κορυδαλλειαν ν) tribuit; neque *duces mortui*, quæis etiam Laurus impositæ sunt; ξ) neque *victores*, sive ὀλυμπιονίκαι, etiam illi quicunque sunt, quorum non solum Laurus ο) quondam, sed & populea π) oleaginaque ρ) corona commune decus erat; neque *cruenti triumphatores*, quippe qui, Ovidio σ) teste, etiam lauru coronabantur; neque *Milites*, quorum brachiis victoria parta erat. τ) &

κ) modò ut cum veniã B. L. fiat, præprimis quòd sequentia *partim* scopo nostro *fermè* impropria videntur. λ) vid. Paschal. lib. VIII. c. 15. p. m. 564. seq. dicentem: quòd Principes non solum, sed prisci Reges Romani Diadematis vice etiam *Laurum* quondam gestaverint. Ideoque capita illorum in numismatibus præus *Laureata* fuisse quàm *radiata*, etiam Svvalenbergius in Aphor. Hieroglyph. lib. L. c. 2. §. 4. p. m. 250. tradit. μ) Pasch. l. cit. c. X. p. 548. ex Plutarch. in Rom. v] quàm Hefych. in Κορυδαλλειά δάφνην ἰσημιμένην, laurum coronatam vocat. Pasch. l. cit. c. r. p. 526. ξ) id. lib. IV. Cor. c. 5. p. m. 219. Rationem vide apud Camerat. Cent. 2. Hor. Subc. c. 53. p. m. 227. & Pontan. Vol. IV. Progymn. 60. ο) Lucretio teste, quem Barth. Tom. III. Animadv. ad Stat. lib. X. Thebaid. v. 639. p. m. 1224. allegat. Ideoque Claudiano in præfat. lib. III. de Laud. Stilicon. v. 20. *Marsie* Laurus dicitur. Conf. Fung. Flor. Originat. p. m. 416. col. 2. Pier. lib. L. Hieroglyph. c. XIX. p. m. 638. Schmid. in Prolegom. ad Pind. Pyth. aliosque plures &c. Sic de Carolo V. Imperatore scribit Alciatus Emblem. CCX. pag. m. 249. hoc modo:

Debetur Carlo superatis Laurea Pœnis:  
Victrices ornent talia festa comas

κ) Oisfel ad Gell. lib. III. Noët. Att. c. 15. p. m. 252. col. r. ε) Lambinus in Comm. ad Hor. lib. I. Od. 7. v. 23. Herculis exemplum adducit, quippe qui devictò Cerbero populum arborem ex Acherunte secum detulit, frondibusque populeis coronatus lætitiã, quàm ex tot victoriis ceperat, declaravit. σ) lib. I. Metam. fab. XIV. v. 18. & 19. Sic de Bæcho scribit Doctissimus Th. Farnabius in Not. ad L. Ann. Sen. Oedip. act. II. in Choro v. 414. seqq. p. m. 95. quod semet ipsum etiam *Hederã* coronaverit, quoniam ex Indis, Tertull. lib. de cor. Milit. teste, primus triumphaverit. vid. Salm. in Comm. ad Panc. Deperd. tit. LVII. p. m. 302. Ideoque Poyd, Virgil. lib. V. de Inv. Reg. c. 17. eum coronarum repertorem esse statuit.

7) & qui triumphantis currum sequi solebant; v) neque audaces  
 lictores; φ) neque fascēs χ) eorum, quos Consulibus victoriā poti-  
 tis præferebant; neque Galeæ ψ) forsitan triumphatoribus quondam  
 dicatæ ac consecratæ; neque *currus triumphalis*, ω) quippe qui ad in-  
 star *equorum* hunc currum trahentium α) etiam lauro ornabatur;  
 neque *victrices naves*, quas de La Cerda β) ex Vitruviō γ) *laureatas*  
 quondam fuisse probavit; neque *litteræ* ab Imperatoribus Romanis,  
 utpote victoriarum & lætitiæ nuncii, re benè gestâ missæ; δ) neque  
*fores triumphalium* ε) ac *Cæsaris palatii*; ζ) neque *palatium* ipsum; η)  
 neque *statua Cæsaris*; θ) neque *Jani* ι) *reliquorumq;*; κ) neque *li-*  
mina

7) Pasch. lib. VIII. cor. c. IV. p. m. 532. v) Rationem vide apud Pier. lib. L. Hie-  
 roglyph. c. XIX. p. m. 637. φ) qui etiam Lauro erant coronati, uti ex Cic. Tom.  
 II. Orat. 44. p. m. 843. lit. E. & ex Tom. I. lib. VII. ad Att. ep. X. p. m. 399. lit. A.  
 dilucidè patefcit. χ) de his enim Alex. ab Alex. lib. 1. Gen. Dier. c. 27. fol. m.  
 46. fac. 1. hunc in modum loquitur: fuit quoque receptus mos, ut quoties insigni  
 victoriâ consules potiti essent, ob res prosperè gestas laureatis fascibus prælatis in-  
 cederent. Conferas velim lib. II. de Div. Capitolinum in Gordiano, & La-  
 zium lib. II. Comm. Reip. Rom. c. 4. quos Delr. in comm. novò ad L. Ann.  
 Senec. Agamemn. v. 386. p. m. 492. seq. allegavit. it. Lips. Cent. IV. Miscell. ep. 2.  
 p. m. 958. ψ) Quarum, Pasch. teste, lib. X. cor. c. 21. p. m. 728. etiam men-  
 tionem fecit Statius lib. VII. Thebaid. his verbis: Omnibus immixtas cohò su-  
 per aspice lauros &c. vid. de La Cerd. tom. III. Comm. ad Virg. lib. VII. Æn. v.  
 751. p. m. 132. col. 1. num. D. ω) Pasch. lib. VIII. cor. c. XI. p. m. 551. Inde Claud.  
 lib. III. de Laud. Stil. eum *laurigerum* vocavit. α) Legantur Martial. lib. VII. Epi-  
 gr. v. 8. & in eundem Farnabius, it. Propert. lib. III. Eleg. 1. v. 9. & 10. ut & E-  
 rasim. Schmidius in Not. ad Pind. od. VI. Olymp. Stroph. β. vers. 7. & 8. p. m.  
 169. β) Tom. II. Comment. ad Virg. lib. IV. Æn. v. 418. p. m. 441. col. 1. & 2.  
 γ) lib. II. c. 8. Vide & Delr. Comm. novum ad L. Ann. Senec. Agamemn. v. 386.  
 p. m. 493. δ) fung. in floril. Origin. p. m. 416. col. 1. Pierius lib. L. Hieroglyph.  
 c. XIX. p. m. 637. ut & Pasch. lib. VIII. cor. c. 9. p. m. 551. quippe qui ex Tacit. lib. III.  
 Hist. solò nomine *Laureas*, & ex eòd. in Agricol. *laureatas*, immò ex Cæs. lib. III.  
 de B. C. *insignia laureæ* vocat. ε) apud eund. cap. VII. p. m. 540. ζ) Delrio in comm.  
 novò ad L. Ann. Sen. Agam. v. 386. p. m. 493. η) Pasch. loc. cit. θ) cui præli-  
 gatâ fasciâ candidâ laurea quondam erat imposita, modò ut exinde homines intel-  
 ligerent, Cæsarem esse regem; id ibid. c. XV. p. m. 564. ex Appianò Alex. lib. 2. B.  
 Civ. ι) quam, Macrobi. teste, lib. 1. Saturn. c. 12. singulis Calendis Martiis, l. uti  
 Dempsterus in Not. ad Rosin. Antiqu. lib. II. c. 3. p. m. 215. docet, Calendis Janua-  
 riis, quòd annum aperiat, *laurea* nova excipiebat. κ) vid. Laz. lib. VII. Comm.  
 c. 4. & lib. IX. c. 19. apud Delr. in sæpiùs allegato Comm. novò ad L. Ann. Sen. A-  
 gam. v. 386. p. m. 493.

mina Caesarum atq; Pontificum; λ) neque Janua postesq; nuptiales μ) ac thalami; ν) neque ad ultimum supplicium ducendi; ξ) neque mortui iamjam in rogum ponendi; ο) neque Flamines Romani; π) neque sacrificantes, etiam si & Apollini ρ) sive ejusdem Matri Latona. σ) sive Iunoni τ) Herculi υ) sacra faciant; neque sunt supplices, in quorum censum etiam à Pindaro & Callimacho Apollinem relatum esse novimus; quòd interfecto Delphico Dracone Lauream quasi supplex induerit; φ) neque & Aesculapius; χ) neque Apollo ψ) ejusque ara ω) ac Tripodes, quippe qui non solum laurei.

B

fed

α) Pont. in Not. ad vol. IV. Progymn. 14. μ) Henel. ab Henef. in Or. VVraslavl. c. 38. p. m. 326. eas etiam lauro coronatas adducit. ν) de quibus legi potest Claudian. lib. I. de laud. Stil. v. 5. & in eund. Barth. Animadv. p. m. 184. ξ) Quorum mentionem fecit Bernartius ad lib. V. Thebaid. Statii à celeberrimò Theologo atque Philologo, Dilherro, Tom. I. Disp. Philol. p. m. 218. citatus. ο) Exemplum habebis apud Val. Max. lib. V. cap. I. circ. fin. p. m. 210. & Nobiliss. Barth. Tom. III. Animadv. ad Stat. l. X. Theb. v. 65. p. m. 1438. π) vid. Pasch. lib. VIII. cor. c. 13. p. m. 558. ex Prudentiò dicentem: quòd Deorum Ministri etiam coronas laureas gesserint. ρ) quorum mentionem fecit Nat. Com. lib. I. Mythol. cap. 10. p. m. 24. σ) Pasch. legi potest l. cit. c. XII. p. m. 554. τ) id. ibid. c. XIII. p. 558. υ) id. c. X. p. 548. φ) teste Pierio l. 50. Hieroglyph. c. 17. p. m. 635. χ) qui ob duas forsitan has rationes sequentes etiam laurò coronatus fingitur. Prima est: quòd Apollinis Coronidisque filius fuit, uti Natal. Com. lib. IV. Mythol. c. 11. p. m. 365. tradit. Altera: quòd Laurus sit plurimorum remediorum, sicuti ex Fest. Pomp. l. 9. Rosinus & in eum Dempsterus p. m. 367. & 376. rectissimè notarunt. Videatur Pierius lib. L. Hieroglyph. c. 21. p. m. 638. ψ) Cui Laurus omninò prorsus sacra creditur, docente Ludov. Vive in Not. ad August. lib. XII. de Civ. Dei c. 12. Ideoque Phœbi decus apud Virg. in Battar. & apud Pier. l. cit. c. XIII. p. m. 635. ejusdemque Epitomatores Schvvalenb. lib. L. §. Hieroglyph. c. 2. p. m. 250. Apollinis insigne vocatur. Cur v. Laurus Apollini sacra, non una eademque ratio dari potest. Nam aliam profert ingeniosissimus omnium Poëta, Ovidius, lib. I. Metam. fab. XIV. v. 15. seqq. quæ juxta Mythologorum sententiam optima esse dicitur; aliam Chabotius Tom. I. Comm. ad Hor. lib. II. Od. 2. v. 22. p. m. 169. col. 1. lin. 32. aliam Aëtius apud Nat. Com. lib. IV. Mythol. c. 10. p. m. 350. quippe qui οὐόψυφον habet Ludov. de La Cerd. Tom. I. Comm. ad Virg. Ecl. VII. v. 62. p. m. 133. col. 1. Aliam Goropius lib. VI. Origin. quam de La Cerd. iterum Tom. I. ad Virg. Ecl. VIII. v. 83. p. 154. citavit; aliam CLSSUS Salmuthius in Comm. ad Panc. Deperd. tit. LVII. p. m. 302. aliam Rodolph. Agricola in Not. ad Progymn. Aphthon. p. m. 114. aliam Phurnutus Spec. Mythol. c. 32. apud Barth. in Animadv. ad Claud. 6. Consul. Honor. Paneg. v. 28. p. 724. aliique alias plures, easque non contemnen-

das

sed & δάφνυ ἐστεμμένον h. e. lauru coronati erant; α) nec Musa  
denique ( etiam si Poëta eas & Lauru, β) & hederá γ) rosasq,  
δ) immò corollis ex pennis ε) nexis, coronatas quondam fini-  
gebant, & adhuc usque diem fingunt ) hujus coronæ subjectum  
esse dicuntur; sed potius, modò ut scopum meum attingam, eos  
esse statuo, quibus egregiam inest ingenium, uti Gyraldus ζ) loqui-  
tur; vel, ut alii dicunt, qui sacræ semina mentis habent, ita ut  
non solum feliciter carmina pangere possint, η) sed etiam ma-  
gna egregiè appositeque loqui eos cum admiratione oporteat,  
θ)

§. 2. Ideoque ille non est dicendus Poëta, qui tan-  
tummodò certò numero, certisque legibus pedum versus confice-  
re potest, aut similes orationi solutæ illos reddere, sed qui naturæ  
& mentis dotibus ornatus, divinoque ι) spiritu afflatus, h. e.

ex-

das prorsus allegant, quos vide. Insuper hoc etiam notandum esse existimo,  
quòd præter coronam Lauream etiam corollis ex Hyacintho, Myrto & Arundine  
factis Apollo delectatus sit. Rationem vide apud Paschal. lib. III. cor. c. 10 p. m.  
171. quippe qui, modò ut prius corroboretur, Luciani Deorum Dialogos allegat-  
it. apud eund. lib. VII. c. 19. p. 56 & lib. IV. c. 1. p. 202. α) quam Arabes lauro  
coronabant. Alex. ab Alex. lib. IV. Gen. Dier. c. 17. fol. m. 222. fac. 2. α) Pasch.  
lib. VIII. cor. c. 13. p. 556. ex Aristoph. Scholiaste. β) Rav. Text. lib. IV. Offic.  
c. 11. sect. I. p. m. 302. γ) Pasch. lib. V. c. 11. p. m. 317. testante, quippe qui se in-  
venisse dicit, quòd Musæ etiam palmâ coronatæ sint. δ) Ludov. de La Cerd.  
Tom. I. Comm. ad Virg. Ecl. VI. v. 68. p. m. 116. col. 1. ε) quas ex Sirenium a-  
lis evulserit; uti ex Pierio nobis hoc communit Michael à Radau in Orat. suo  
Extrem. Vindic. part. II. c. 6. p. m. 281. Ratio est: ut significetur earum famam  
orbem peragrare ζ) Dial. I. de Poët. Hist. p. m. 86. η) Paschal. loc. cit. c. XIV.  
p. m. 319. θ) Gyrald. loc. cit. ι) Ideoque Plato in Menone Poëtas θεῶν h. e.  
divinos & lib. 2. Polit. τῶν θεῶν γενομένους, Deorum filios vocat. Sic apud Virgil.  
Ecl. V. v. 45. Menalcas Mopsu *divinum*, & Cicero etiam lib. I. de Div. Sophoclem  
*divinum* appellavit. Videatur de La Cerd. Tom. I. Comm. ad Virg. Ecl. V. v. 45  
p. m. 94. col. 1. Græcis vocantur ἱεραῖοι, i. e. sacri cantores. Sunt n. Musis sa-  
cri, earumque Sacris initiati res sacras & divinas, & humanò sensu majores ple-  
rumque nunciare solent, teste Lamb. in Not. ad Hor. lib. IV. Od. 9. v. 28. Et ob id  
Musarum etiam *Sacerdotes* vocantur, quod exinde patet, quia Horatius lib. III. Od.  
I. v. 3. seipsum Musarum Sacerdotem dixit, Conf. Ludov. de La Cerd. Tom. I. Com.  
ad Virg. lib. II. Georg. v. 476. p. m. 338. col. 1. Ennius, v. apud Polyd. Virgil. lib. I. de  
Inv. Rer. c. 8. Poëtas *sanctos* vocat, quòd qd. Deorum aliquo dono ac munere  
commendati nobis esse videntur.

explicante Chabotio, κ) qui valet naturali facultate inveniendi, disponendi & eloqvendi carmina scribere gravia & plena.

§. 3. Et hęc facultate, ut alios aliasqve jam sicco, quod dicitur, pede transiliam, etiam prędita erat ELISABETHA JOHANNINA WESTONIA, quippe quę inter alia Poëmata etiam Parthenica non ineleganter conscripsit. Et ob id à Melisso, ceu Comite Palatino Cæsareo, meritò Poëtica Laura ornata est. λ)

#### CAP. IV.

#### DE

### CAUSA MATERIALI.

#### §. 1.

Hactenus de *Subiecto*. Nunc ad *materiam* hujus coronę perlustrandam progredior, utpote eam variam ob varios Poëtas quondam fuisse demonstraturus.

§. 2. Inter alia autem, quę *coronam* hanc constituunt, *Laurus* jam primum, quod dicitur, locum obtineat; pręprimis quòd olim eā dignitate erat, ita ut, Paschaliο μ) teste, circumple-

B 2

tere-

\*) Tom. II. Comm. ad Hor. p. m. 58. col. 2. lin. 18. & seqq. λ) vid. Excellentiss. nostrum Thomaf. loc. cit. §. 36. μ) lib. V. Cor. c. XII, p. m. 323. quippe qui consentientes habet Jac. Pontanum vol. I. Progym. 83. nec non Chabot. Tom. I. Comm. ad Hor. lib. III. Od. 30. v. 15. p. m. 326. col. 2. lin. 27. & seqq. Cur v. illa capitibus Poëtarum sacrata, non una eademque ratio dari potest. Autor quidam anonymus lib. V. Collect. Hieroglyph. eorundemque Pierianis affixorum, p. m. 167. hanc rationem nobiscum communicat dicendo: quòd Poëtę quondam lauro, quę Dionysio *μαυρικὸν φυτόν* vocatur, sint corenati propter singularem doctrinam. Nam à fulmine s. temeritate & ignorantia immunis esse putabatur. Aliam non contemnendam profert ipse Pierius lib. L. Hieroglyph. c. XVI. p. m. 836. quando dicit: Cum perennitatis aut diuturni temporis vita à nullò magis, quàm à Poëtis ipsis expetatur, meritò Laurus, cujus circa vetustatem opus omne, Poëtis dedicata est. Unde Cassius Parmensis lib. IV. Epigr. *lauream Poëticam* frondem æternam vocat, quòd Symbolum sit, si non æternitatis, tamen diuturnitatis. A Dracontio a. de Opif. VI. *Dier.* honor linguę & pręmium Poëtarum dicitur. Statius lib. IV. Sylv. eam *imbellem* nuncupat, modò ut discriminet

contra

steretur modò capitâ Magnorum Poëtarum, eorumqve præprimis, quos *Heroicos* v) nuncupare consuevimus.

§. 3. Hanc *Hedera* ζ) subsequitur, quòd Hedera unâ cum Lauru quondam coronam hanc perficeret. o)

§. 4. Eratqve non solùm *Lyricis* Poëtis, π) sed etiam illis præprimis, qui non sub Phœbi ρ) sed Bacchi σ) potiùs vexillo militabant, propria. Ideoqve non è tot meritis ceu *Laurus* con- surgebat. τ)

§. 5. Hujusmodi Poëtis etiam antiqvitâ *Mitram* dabat, mo-

---

contra Lauros Imperatorum, quæ non ex nobilissimò illò Laureto Numæ; (vid. Ludov. d. La Cerd. Tom. III. Comm. ad Virgil. lib. VIII. Æn. v. 59. p. m. 14. col. 1. & 2. contrariam hæc de re sententiam ferentem) sed ex novò illo, quod à Liviâ Augustâ ex ramulo lauri plantatum, (Salmuth. in Comm. ad Panc. tit. LVII. Deperd. p. m. 302.) ac deinceps Paschaliò lib. VIII. cor. c. 9. p. 546. *Cæsareum* ac *Cæleste* dictum est. Legi potest Alex. Donatus à Barthio Tom. III. Animadv. ad Stat. lib. I. Achill. v. 16. p. m. 1592. allegatus, quippe qui lib. 1. Poet. c. 41. plura de hæc coronâ concessit.

\*) Hi præter LAURUM etiam Romæ QUERNA coronabantur, docente Philipp. Caroli in not. margin. ad animadv. Gell. lib. II. N. A. c. 21. p. m. 134. (forsitan quòd QUERCUS olim FATIBICA habebatur, sicuti etiam à Claud. lib. IV. de laud. Stilic. v. 136. ita dicitur) Illustre hujus rei exemplum suppeditat nobis Salm. in Comm. ad Panc. Tit. LXIII. Deperd. p. m. 147. quem vide. Ecquid dicam? Diademate, quod alioqvin regii capitis erat insigne, (schema quoddam vide apud BARTH. in Animadv. ad Claud. III. Conf. Honor. Panegy. v. 83. p. m. 506.) etiam, Paschaliò teste, lib. IX. c. VII. p. m. 583. Poetæ ornabantur, quòd vates, quæis non est publica vena, atqve ob monumenta, quæ famæ consecrârunt, non LAURO solùm, sed AURÒ, quoqve, (si secta nostrorum temporum id admitteret) sunt dignissimi. Henel. ab Henef. in Otio VVratisl. c. XIII. p. m. 102. ξ) vide Gyraldum Dial. I. de Poet. Hist. p. m. 45. dicentem: quòd non ex omni HEDERA Poeticæ coronæ plecterentur, sed ex eâ præprimis, quæ, uti Plin. lib. XVI. Hist. N. c. 34. fol. m. 104. fac. 2. loquitur, semen nigrum atqve crocatum habet. o) Ratio petenda est ex Salm. Comm. ad Panc. Tit. LV. Deperd. p. m. 289. col. 1. π) forsitan quòd semper vireant HEDERAE, quemadmodum carmina æternitatem & merentur & aliis pariunt, docente Serv. in comm. ad Virg. Ecl. VII. v. 25. quem Lamb. in Comm. ad Hor. lib. I. ep. III. v. 225. ut & Chabot. tom. I. Comm. ad ejusd. lib. I. od. I. v. 29. p. m. 224. col. 1. lin. 39. & seqq. citarunt. Videatur etiam Henel. ab Henef. loc. cit. p. m. 96. ρ) Illis enim Pontano docente in Attic. Bell. Synt. X. Rit. 133. ex Marci. in prol. Pers. non HEDERA sed LAURUS consecrata erat, quòd è Lauru quondam summus omnium Vatum, Apollo, oracula edere credebatur. Paschal. lib. V. Cor. c. XII. p. m. 321. σ) Pleriqve enim Poëtæ συμπολιτὸς habentur, sicuti de Ennio, ipso Poëtarum

rum

modò ut cohiberentur vini vapores, ne caput peterent, v) Unde  
L. Ann. Seneca in Oed. suo  $\Phi$ ) hunc in modum loquitur:

*TE caput Tyria cohibere mitra;*

*Hederaq, mollem baccifera*

*Religare frontem.*

§. 6. Porro heic etiam non planè silentii peplo invol-  
vendum esse censeo, quòd *Erotici* quondam Poëtæ *Myrto* coronati  
sint.  $\chi$ ) Nam *myrtus* non solùm est Veneris,  $\Psi$ ) sed & illorum  
omnium, qui Veneri celebrandæ operam impendunt.  $\omega$ )

§. 7. Sic corona ex *floribus* quondam, quæis apium ad-  
mixtum, plexa etiam non contemnenda prorsus erat, quippe quæ,  
Lu lovicò de La Cerd. testante,  $\alpha$ ) etiam Lino data est. Sed illa  
potiùs, quæ ex *Urticis* facta, mordacibus Poëtis ob indefessa  
scommatum satyrarumqve certamina exhibenda est,  $\beta$ ) ultimo loco  
ponenda videtur.

B 3

CAP.

rum Latinorum Patre, scribitur, quòd nunquam se ad arma canenda contulerit, nisi  
madidus & uvidus. Similem in modum Homerus etiam vinosus fuisse creditur,  
quòd vinum in scriptis suis sæpissimè laudaverit. Conf. Lamb. Comm. ad Hor. l. 2.  
Epist. xix. v. 10. Est autem hoc stultum in hominibus imitandi studium, præstanti-  
um virorum vitia & non virtutes imitari, præprimis si ei, qui sese optimos Poetas  
futuros arbitrantur, vinolenti se, quòd Homerus & Ennius, vinosi fuisse credun-  
tur, ad scribendum conferunt. Nam tunc farorem insaniamque maximè instar  
Bacchi simulant. Modus autem insaniendi, Horatio teste, acquiritur, si nimirum  
quis novies bibit. Nam qui Musas, inquit, (lib. III. Carm. od. xix. v. 13. & seq.)  
amat imparcis ternos ter cyathos attonitus petet vates. Ideoque Philosopho-  
rum Princeps, Plato, in Jone, nec non Democritus dicunt, eos esse veros vates,  
qui insaniunt. Vid. Polyd. Virgil. l. 1. de Inv. Rer. c. xviii. & Lamb. in Comm.  
ad Hor. l. 1. od. xvi. v. 8. immò & ipsum Horatium, qui cum Democrito in Art.  
Poët. suâ v. 293. prorsus excludit sanos Helicone Poëtæ, h. e. explicante Lambino,  
negat SANOS bonos Poëtæ esse posse.  $\gamma$ ) Paschal. loc. cit. p. m. 323.  $\delta$ ) Hoc ex  
Eusebiò Cæs. l. II. præparat. Evangel. c. 2. citat. Dempsterus ad Ros. l. V. Antiqv. c.  
xxxv. p. m. 934.  $\epsilon$ ) Act. II. in Choro v. 414. seqq. p. m. 95.  $\zeta$ ) Testis est Ovid.  
lib. II. de Art. amand. v. 733 seq.  $\eta$ ) vid. Becmann. in Origin. L. L. p. m. 713. Sva-  
lenb. lib. II. Epit. Hier. Cæl. Aug. Cæs. c. xxv. p. m. 306. Alex. ab Alex. lib. iv. Gen.  
Dier. c. xvii. fol. m. 222. col. 2.  $\theta$ ) Paschal. l. vii. Cor. c. 18. p. m. 513.  $\iota$ ) Tom. I.  
Comm. ad Virg. Ecl. vi. v. 68. p. m. 116. col. 1.  $\kappa$ ) Nam de Dectico, Poëta Laureatò  
Cæsareo, Auratus apud Pontan. in Attic. Bell. Synt. V. p. m. 223. hunc in modum lo-  
quitur:

## CAUSA FORMALI.

## §. 1.

Forma hujus coronæ ritûs præprimis complectitur. Suntque illi in triplici differentiâ. Quidam enim Poëtarum coronationem antecedunt; quidam ipsam coronationem designant; quidam denique prædictam coronationem sequuntur.

Ad antecedentes examen præprimis refero, cui Petrarcha quondam subjectus etiam fuerat. Nam cum decrevisset ille laurum oblatam accipere, putavit examen præviam esse oportere. Cumque per ea tempora doctiorem in hoc genere quidem haberet neminem, & à quò majore cum dignitate posset examinari, quam Robertum Siciliæ Regem, eum prius examinis causâ adiit, ab eoque per totum triduum examinatus laurò dignus judicatus est. γ)

§. 3. Examine autem peractò coronandus quasi stipulatâ manu locò juramenti promittit, Se Sacræ Cæs. Maj. & Romano Imperio fore per integrum vitæ curriculum fidelem. Se nihil Carminis unquam pacturum, quò vel S. Cæs. Majestatis, vel Imperii intemeratus lædi possit honor & æstimatio. Se in nullo unquam fore consilio, ubi contra S. Cæsar. Maj. Imperiumque quicquam agitur sinistri. Se in scribendis Carminibus omnem scurrilitatem & spurcitiam vitaturum esse.

§. 4. Ipsam coronationem autem perficiunt 1. coronæ impositio, δ) 2. annuli aurei traditio; ε) ac denique 3. omnium pri-

*Cum dedit è Lauri Cæsar Tibi frondè coronam?*

*Ingeniò vates laurea ferta decent:*

*Convenit URTICA mordacibus herba Poëtis,*

*Hæc potius cingi, Dectice, dignus eras.*

Ex Petrarchæ Epistolâ operibus præfixâ de Orig. & vitâ suâ allegat hoc Thomasius postea Clarissimus loc. cit. §. xx. δ) Notant er autem capiti destinata est, quòd illud non solum est eminentissima, sed & absolutissima pars totius humanæ compaginis. Nam corona etiam absolutionem & consummationem, immò, & perfectionem designat. Paschal. l. I. Cor. c. 2. p. m. 3. Verum enim verò sententiam hanc ce frustra, & pugnantem videtur Tertullianus lib. de Cor. Mil. c. V. dicens, quòd Christianis quondam prohibitum fuerit, capita coronare, præprimis quòd coronarum origo à Diis Idololâtrisque gentium quondam manaverit, vid. Philip. Car. Animad. ad Gell. l. V. N. Att. c. vi. p. m. 290. ε) quòd fit, modò ut castissimæ Poëtes virginis jungatur.



vilegiorum atque honorum, quibus alioquin coronati Poëtae Ca-  
farei fruuntur, concessio. §)

§. 5. Illi, qui denique coronationem sequuntur, multiva-  
rii sunt, ita ut eos omnes hęc allegare non possim. Interim tamen  
hoc unicum saltem adjiciam, quod præ reliquis *gratiarum* actio, quæ  
Brabeutæ a recens. creatō Poëtæ decenter exhibenda est, ubi vis lo-  
cum, quod dicitur, primum obtineat.

CAP. VI.

DE  
CAUSA FINALI.

§. I.

Coronantur autem Poëtæ, quod alios æternaverint, caumini-  
busque illustra Heroum facta memoriæ mandaverint; sive  
ut prælaudatus Maximilianus II. loc. cit. loquitur, ut alii ad ejusmo-  
di litterarum honestissimarum studia invitarentur, & ad præclare  
res gestas ab interitu & oblivione hominum plerumque vindicandas  
excitarentur, illo maxime, quod corona omnium præmiorum sum-  
mum designet. ¶)

§. 2. Ideoque propriam quasi prærogativam quædam inter  
eminentia eminet, præprimis si Atheniensium more re prosperè ge-  
stâ, ceu ἀνάδυνα quoddam Minervæ fano suspenditur. §)

SOLI DEO GLORIA.

Spinea

¶) Pro stabilienâ hęc sententia lubet mihi hæc verba illa adjicere  
quæ Maximilianus II. Imperator Romanus, splendidissimo GEORGII FABRICII,  
Chemnicensis, diplomati subnexuit. Illa autem hæc sunt: Itaque motu proprio  
& ex certâ nostrâ scientiâ, animoque deliberato, & Imperiali auctoritate nostrâ  
TE prænominatum Georgium Fabricium, doctrinâ & scientiâ Tuâ id exigente  
per Laureæ impositionem & annuli traditionem POËTAM Laureatum fecimus,  
creavimus & insignivimus, ac tenore præsentium facimus, creamus, ac Poëticæ  
Laureæ ferto, titulis & decore insignimus. Volentes & eâdem Imperiali autho-  
ritate nostrâ decernentes, quod Tu præfate Georgii Fabrici ubique locorum  
ac terrarum, pro verô Poëtæ Laureatō reputari & teneri, & deinceps quibus-  
libet honoribus, privilegiis, libertatibus, gratiis & prærogativis gaudere & potiri  
possis, valeas & debeas quibus cæteri Poëtæ Laureati ubi vis locorum & Gym-  
nasiorum promoti gaudent, fruuntur & utuntur quorumlibet consuetudine, vel  
de jure contradictione & impedimento cessantibus quibuscunque. ¶) Pasch. loc.  
cit. §) id. lib. VIII, Cor. c. 2. p. m. 529.

ax Ta 634

**S**Pinca dum reliqvas cathedras tenet una Corona,  
Qvis jacere in Sophicam laurea ferta jubet?  
Scilicet HEKELIUM Pietas jubet ipsa, Redemptor,  
Summittit spinis laurea ferta tuis.

PRÆSES.

**Q**ui primus sanxit pellendos urbe Poëtas,  
Si fuit ipse Plato, vapulet ipse Plato,  
Optima divinis debemus quæque Poëtis,  
Ortum illis debent curia, templa, domûs.  
Vatibus hinc meritò, HEKELI doctissime, laurum  
Afferis, & laurum te meruisse probas.

Bonæ scævæ causâ fac. Lips.

*Joh. Ad. Schertzer, D. & P. P. Fac.*

*Theol. Sub-Senior, Alumn. Electoralium  
Ephorus, Maj. Principp. Colleg. Collega.*

INGENIOSO

ROMÆ & ROMANARUM aliàs ELEGAN-  
TIARUM SCRUTATORI,  
HEKELIO.

**S**ub MAGNO certas prædocte Poeta POETA  
Pro Lauru, dignâ quam quoque Fronte geris.  
Perbenè: RAPPOLTI preme sis vestigia NOSTRI,  
Et Phœbus nobis sic quoque Magnus eris.

*ELIAS SIGISMUNDUS REINHART,*

*S. S. Theol. D. Professor Publ. Elect. Ducalisq; Consistorii Assessor & Superintendens.*

FINIS.



107



Pon IIa 634, 24

ULB Halle

3

002 412 411



S.

ac.

1176

RT,

Cono





Q. N. 520,

DIS

P C

IN

PL.  
Dn. F


S. S. Thec  
traordina  
cultat  
Co

Dn.

A

JOH.

F




**Kodak**  
LICENSED PRODUCT

© The Tiffen Company, 2000

**KODAK Color Control Patches**

Black 3/Color White Magenta Red Yellow Green Cyan Blue



*P. M. T.*

IIa  
634

RICO.

UM

SIENSI

FICI

SIMIOVE

PPOLTI

que P. P. Ex  
eberrimi, Fa  
avisfimi &  
splendi.

eptoris sui

XIIX.

BIBLIOTHECA  
PONICKAVIANA

, GERANUS,  
. Stud,

700.20

